

memorauit; Apostolus quoque dicit inquit ei dominus misericordiam inuenire ad domino; Dominus pluit ad domino; dominus dat ad domino misericordiam; Dominus nec ibi discernitur ubi pluit ad domino: nec hic separatur ubi miseratur ad domino; Sed utroque in loco unitas dominationis exprimitur; In psalmis quoque habes: Dixit dominus domino meo; Nec ideo patrem suum dominum denegauit: quia filium dominum suum esse memorauit; Sed ideo filium dominum suum dixit: nec credes filium prophetae fuisse: sed dominum; Quod in euangelio ipse dominus manifestauit dicens; Si enim dauid in spiritu uocat eum dominum: quomodo filius eius est? In spiritu dicit dauid dominum: non spiritus dicit; Aut si hinc calumniantur: quia dominum spiritus uel spiritum dixit: necesse est pari sacrilegio: filium dei etiam spiritus sancti filium uideantur asserere; Ergo quem admodum duos non dicimus dominos: cum patrem et filium designamus: ita nec tres dominos dicimus: cum dominum spiritum confitemur; Sic enim tres sacrilegum est dominos aut deos dicere: ita etiam hoc plenum sacrilegium est: duos dominos aut deos dicere: quia unus deus: unus est dominus: unus est spiritus sanctus; Et quid si dominus: et quid dominus deus: quia et in dom